

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0164

LOG Titel: De Psittaco Eritrochloro Macrouro. Cap. XIII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE PSITTACO TORQVATO MA- crouro antiquorum. Cap. XII.



Es scriptis delineatisq. iam magnis (quorum alijs cauda longa erat, alijs brevis) & mediocribus (quibus curta, vel saltem nõ ita longa, vt in subsequenribus) nunc minores macrouros, hoc est, quibus proluxa cauda est, enarrare tēpestiuum est. Inter hos primum illi locum dedimus, qui veluti torque in collo exornatur, cęte ra viridis. Hic omnium Psittacorum primus ex India in Europam allatus, anti- quis longo tempore solus cognitus fuit, nēpe à temporibus Alexandri Magni ad Neronis æra- tem vsq. à cuius exploratoribus, teste Plinio, alibi quoq. nempe in Gagaude Aethiopię insula 20 conspecti sunt. Quòd autem ab antiquis, quorum verba in generali descriptione retulimus, nõ exactè describatur, nos viuis suis eum coloribus ad vnguem, & ad naturę imitationem expri- mamus. Anis est sesquidodrantem longa. Rostro toto miniaceo colore est, crassiusculo. Iris o- culi lutea, pupilla nigra Caput, & corpus reliquum omne viret, sed collum, pectus, & pars tor- ta inferna, & prona dilutiùs, cętera plenius. A rostro inferiori sub mento linea ducitur deor- sum nigra ad pectoris vsq. initiũ, quę vtrinq. ad colli latera abit, donec cum circulo, seu torque illo miniaceo, qui posteriorem ceruicem, & collum cingit, ad latera coeat. Est torquis is retrò ad minimi digiti latitudinem, ad latera tamen paulatim gracilescens. Venter adeo diluto vi- ret, vt flauescere penè videatur. Alarum pennę extimę, ventri proximę, obscuro, & fusco viri- des, circa medium in superiori parte rubra nota distinguuntur. Cauda binos propè palmos lō ga, è flauo similiter viret. Tibiæ, & pedes cinerei sũt. Vnde haud rectè sola torque miniacea cum distingui Solinus refert, cum, & rostro rubeat, nec Apuleius extimas virere palmulas ve- 30 re dicit ob pedes cinereos, nisi aliam huius generis ab ijs, descriptam arbitremur. De hoc intel- ligendum puto illud Ouidij.

Tincta gerens rubro Punica rostra croce.

DE PSITTACO MINORE MACRO- uro, toto viridi. Cap. XIII.



Longitudo huius par est cum proximo, sed minor corporis moles. Neq. enim totus Turdo maior est. Rostro rubro, parte præsertim superna. Acies tamen, & inferna pars è rubro nigricant. Oculi pupilla nigra. Iris rubicunda, & crocea. Cor 40 pus reliquum herbaceo vitore amœnum, venter tamen dilutiore, satutiore remiges. Cauda angusta penè extremo acuminata dodrantem ferè longa. Pedes huic, & tibiæ contrà atq. cæteris omnibus rubicundi, aut carnei. Hic peculiariter Scincialo dicitur in Hispaniola noui orbis insula, in qua reperitur. Italis ob pusillam staturam Parochino, & Gallis etiam, vt vult Bellonius Petroquet, vel potiùs, vt ego credo, petit Parroquet. Vox enim hæc, à qua vniuerso Psittacorum generi, quidam nomen indidere, etiam maximis illis, quos bicubitales esse diximus, pronunciat, sola, mutis alioquin, & nomen tantũ suum à natura sonare doctis Hõice longioribus caudis Indos Sciafibi indigitare aunt.

DE PSITTACO ERITROCHLORO Macrouro. Cap. XIII.



PSITTACI huius iconem Iaponensium reguli Gregorio decimotertio, ad quem obedientiam suam, suorumque monstraturi venerant, pro singulari munere inter alias auiumillarum regionum icones obtulerunt, vt ex Illustrissimo Marchione D. Cæsare Fachineto, amplissimo nostrę vrbs Senatore intellexi, qui eas à patruo suo Innocentio Nono Pontifice Maximo dono acceperat. Psittacus iste inter mediocris magnitudinis Psittacos enumerari debet. Longitudo enim cum superiori ferè par, at color diuersissimus, vt ex collata vtriusque 50 descriptione

Qui Psitta-
ci. & quan-
do in Euro-
pā portati.

Magnitu-
do.
Rostrium.
Oculi.
Caput.

Torquis.
Venter.

Cauda.

Magnitu-
do.
Rostrium.
Oculi.
Color.
Venter.
Cauda.
Pedes.
Scincialo.
Parochino.
Petit Paro-
quet.
Sciafibi.

Psittacus torque miniaceo.



Pfittacus minor viridis.



descriptione patebit. Verticem habet planum: coltrum admodum exiguum, quale in nullo altro Psittacorum genere reperias, nam inferius etiam aduncum. Tota avis quatuor tantum coloribus prædita, quorum potiores sunt viridis, & ruber. Etenim dorsum totum, ceruix, vertex, ac alarum pennæ vestitricæ impensè admodum virent, præterquam ad latera superiora, ad

Psittacus eritrochlorus macrouros.



scapulas neque, ubi pennæ superiores caruleæ sunt. Remiges omnes duabus exterioribus, quæ virides sunt, exceptis, intensè sunt caruleæ. Omnes verò alarum pennæ tam remiges, quàm vestitrices scapos habent albos. Pupilla erat nigra, iris rubra. Rostrum rubeum, leniter admodum aduncum. Mentum ferrugineum ad subrubrum quodammodo vergens. Retrò, & ante oculos, macula carulea est. Pectus totum, & venter colore rubeo minaceo, quorum pennæ in extremitatibus lineolis per longitudinem ductis insigniuntur. Cauda corpori comparata longissima, ut quæ toto corpore longior est. Eius autem pennæ, quæ cæteris duplo maiores sunt, virescunt, & scapos habent albos: inferiores admodum rubræ, scapos nigros. Tibiæ, & pedes sunt nigerrimi.

DE PSITTA CO ERITROCHLORO Cristato. Cap. XV.



HIC quoque Psittacus in minoribus reponendus est. Alis erat, cauda, ac crista coloris rubri, cætera viridis. Crista referebat Psittacum cristatum Illustrissimi Cardinalis Farnesij, cuius antè quoque iconem exhibuimus. Oculos habebat pulcherrimos, pupillam nigram, iridem rubram. Crista ex sex pennis constabat, tribus maius, & minoribus totidem. Iconem hanc eidem D. Antonio Giganti, cuius paulò antè memini, acceptam refero.

